



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 45. Nova injuria Archiepiscopo illata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. „xat premat illos, qui Bullam
 A. C. 1716. „lemniter in Francia ab omnibus fe-
 „me Episcopis acceptatam, & a nulli
 „Episcopo in toto terrarum orbe in-
 „pugnatam receperunt? Cur ergo Sa-
 „cerdotium & Imperium ad sedando
 „motus hos a seditiosis in Ecclesia Gal-
 „licana variis in locis concitatos vite
 „suas non jungent? Objurgabat Gel-
 „sius Papa illos Gallorum Episcopos
 „qui quæstiones non sine Diæcesium
 „suarum offensione a quibusdam Pres-
 „byteris moveri passi sunt, eorumque
 „temeritatem castigari, ac intra sub-
 „jectionis limites contineri petebat
 „silentium in ejusmodi casu, inquit
 „hic Pontifex, suspectum est, & erro-
 „rem dissimulare, idem est ac fovere
 „&c. „

§. XLV.

Nova injuria Archiepiscopo illata

*Temoignage
 de l'Univ. de
 Paris p. 453.*

Hoc Rhemensis Archiepiscopi ma-
 datum Magister Edmundus Pous-
 chot Universitatis Parisinæ Syndicus
 die decima quarta Novembris denun-
 tiabat, atque Rectoris orationem ver-
 tati integritatique suæ ab Archiepiscopo
 læsæ restitui ac redintegrari petebat
 ac primo quidem inquit. „Cum Or-
 „tio prædicta ex ipsa singulorum Acade-
 „mia

„mixæ ordinum comprobatione facta sit Sæc. XVIII. A. C. 1716.
 „instrumentum publicum totius Uni-
 „versitatis, in Mandato detrahitur ei-
 „dem orationi tanta auctoritas, tra-
 „duciturque fallaciter tanquam privati
 „cujusdam Academici facta ad pompam
 „oratio, tum vero ipsius oratoris di-
 „gnitas temere admodum & sine vere-
 „cundia deprimitur, dum tacito Re-
 „ctoris gradu, oratio adscribitur *Eccle-*
 „*siastico* solum ac nullius auctoritatis
 „viro. Adde quod Auctor infidus &
 „malevolus hinc atque illinc mutilatas
 „periodos & diversum sermonem ple-
 „rumque converterit; quo contigit, ut
 „putaverit illustrissimus Archipræsul a
 „Rectore adfirmari Constitutionem *Uni-*
 „*genitus*, fuisse in Hispania promulga-
 „tam, quamvis in oratione prædicta ne
 „nomen quidem Hispaniæ occurrat.”

II. „Exposuit fraudem adhuc illu-
 „strissimo Antistiti factam ab Auctore
 „eodem, dum de D. Rectore perscri-
 „bit: *Existimat, quod Episcopi pro co-*
 „*mitiis, ubi agitur de doctrinæ rebus, de-*
 „*beant esse a suis Provinciis Deputati, nun-*
 „quam enim verba hæc in ipsius ora-
 „tione leguntur. Retulit modo Rector
 „Amplissimus, Episcopus Lutetiæ ob
 „Constitutionem *Unigenitus* Congrega-
 „tos, a suis Provinciis non fuisse delegatos,
 „quod necesse fuisset, ut eorum con-
 „fessus

Sæc. XVIII „fessus dici posset, Cleri Gallicani con-
 A. C. 1716 „ventus, nec omitti debet ab eo, qu-

„rem, uti gesta est, relatam voluerit
 „Nihil vero a D. Rectore detractum est
 „de jure Episcoporum in rebus, quæ
 „ad religionem pertinent, tractandis
 „quoties ob id in unum conveniunt
 „Quam insulse igitur Doctorem se ob-
 „trudit Auctor idem, quum interro-
 „gat: *An ergo alia indigent missione*
quam illa, quæ ipsis ex suo charactere
competit?

„Non sane alia Missione indigent
 „Episcopi: & quilibet vel mediocriter
 „in *Ecclesiæ disciplina* (verius dixerit
 „Auctor in dogmatibus) versatus, scit
 „verit unicuique Episcopo judicandi potestatem
 „ab ipsa sua inauguratione inherere
 „hæc adprime valent & tenaciter pro-
 „pugnant Academici Parisienses, quæ-
 „to Rector ipse magis? „

III. „Syndicus monuit, quam potestatem
 „culose illius Doctrinæ homini Episco-
 „porum jura tuenda traderentur, quæ
 „contra veterem communemque Eccle-
 „siæ Morem Decreta dogmatica in His-
 „pania ac Lusitania indicari nunc
 „publicari sola inquisitorum opera, Episco-
 „piscopis tantummodo spectantibus, dicitur
 „& approbat; simulque ignorat, quæ
 „ritu, quamque concorditer, consulto
 „Clero, Episcopalia Mandata fieri de-
 „bet.

„ceat. Quid enim docere debent Epi- Sæc. XVIII.
 „scopi, nisi quod Ecclesiæ, quibus ju- A. C. 1716.
 „vante Spiritu sancto præfunt, tenent
 „& pridem acceperunt? unde autem
 „id melius exploratum esse potest, quam
 „Clero in Consilium adhibito & com-
 „probante? „

IV. „Super hac nota: *quoniam ad-*
versus ipsam Sedem Apostolicam latravit,
 „ad Mandati Marginem adposita ex
 „adverso verborum, quibus mentio ha-
 „betur recentis Decreti Facultatis Theo-
 „logicæ Parisiensis ubique fama atque
 „omnium sermone celebrati, D. Syn-
 „dicus pro Academia universa, nec-
 „non pro eadem Theologiæ Facultate,
 „de injuria conquestus est, eoquod
 „ejusmodi infestissima Nota falso &
 „Contumeliose vel amplissimo Rectori
 „ejusque orationi, vel sacræ Facultati
 „Parisiensi ejusque Decretis postremis
 „adtribuitur. „

„Conquestus est Syndicus idem ora-
 „tionem amplissimi Rectoris turpissimo
 „audaciæ crimine ab eodem Auctore
 „redargui, quam audaciam inducitur
 „Præsul humanissimus peroptans non
 „remanere impunitam: *Num tanta au-*
dacia impune abibit?

V. „Tum continuo subjiciuntur ra-
 „tiones & Argumenta puniendi per Ex-
 „clamationem haud absimilem: *Pro-*
fane

Sæc. XVIII. sanctæ auctoritatis rigor duntaxat seruat
 A. C. 1716. los, qui Constitutionem asserunt fuisse
ceptam? quæ verba non minus offendunt
 „qui civilem potestatem gerunt, quam
 „Academiæ Parisiensem & ejus Re-
 „ctorem amplissimum, quocirca super
 „hac re dixit D. Syndicus: Non me
 „soli interest clamoræ huic expo-
 „sitioni respondere, in præsentem mihi
 „satis sit advertere, quidquid Rector ac-
 „plissimus commemoravit de modo, quæ
 „excepta est hæcenus Constitutio
 „Unigenitus, & de rebus circa eam ge-
 „stis, id omne Episcoporum comple-
 „tissimum testimonio, & fidelium confes-
 „sione omnino constare: Item quod
 „asseruit D. Rector Decretum illud ad
 „Ecclesia non fuisse generatim acci-
 „ptum, supremi senatus Parisiensis
 „consultis pluribus, aliarumque so-
 „premarum Curiarum Decretis abunde
 „declaratum esse. Denique quod hæc
 „de re dicit fecitque Rector amplissimus
 „ab eo fieri & dici potuisse ac debuisse
 „Potuit quidem, quum præsit Aca-
 „demico Ordini, cui Gallici Regni Do-
 „ctrina & libertas ad defendendum com-
 „missæ sint. Debit autem habita ra-
 „tione temporum iniquorum, quibus
 „Sacra Theologiæ Facultas atrociter
 „tam in Doctrina sua, quam in disci-
 „pulis ad se confluentibus exagitaba-
 „tur

„tur a quibusdam, qui pro firmo & Sæc XVIII.
 „immutabili Decreto, si quo pacto A. C. 1716.
 „possunt, obtrudere nituntur Roma-
 „num illud, cui non accessit Ecclesiæ
 „consensus.„

VI. „Ad extremum postulavit Syn-
 „dicus has omnes querimonias & mo-
 „nitiones suas in Commentarios Uni-
 „versitatis referri, ne officio suo in re
 „tanti momenti defuisse posteris videā-
 „tur: ut vero quamprimum Rei gestæ
 „veritati, Ecclesiasticæ paci, & Am-
 „plissimi Rectoris juxta atque Acade-
 „miæ honori consulatur, petivit ejus-
 „dem D. Rectoris Orationem chartis
 „imprimi atque nomine Universitatis
 „vulgari.„

Comprobata hac Syndici petitione
 Jacobus Bourée de Reveillon Faculta-
 tis Theologicæ Decanus censuit, has
 Syndici querelas esse in commentarios
 Universitatis inscribendas, & Rectoris
 orationem sine mora typis imprimen-
 dam, simulque edendam esse Universi-
 tatis conclusionem, ac demum Rectori
 grates esse reddendas, quod Sacram
 Theologiæ Facultatem oratione sua de-
 fenderit.

Insuper Aquensis Parlamenti Ad-
 vocatus contra Tolonensis Episcopi de-
 clarationem tam vehementer declama-
 bat, ut præfatum Parlamentum Epi-
 scopi

Sæc. XVIII. scopi mandatum proscriberet, suam
 A. C. 1716. que edictum die trigesima Maij ad Pa-
 risiensem Senatam transmitteret: cum
 autem præfatus Advocatus in sua oratione de Parisina Facultate Theologia perhonorifice loqueretur, hæc sua gratitudinis pignus redditura ad Aquense Parliamentum die vigesima Junij hæc transmisit literas.

Illustrissimi ac invidiissimi Iudices

„Quod occasione disceptationum
 „quæ Gallias pene conturbant, nuper
 „ab augustissimo senatu vestro profectum
 „est Decretum, illud adeo propitium
 „est veritati, cui uni exponendæ tue
 „dæque, ex imposito Nobis ab Ecclesia
 „sia & Republica munere incumbimus
 „ut nostro videremur officio defuturum
 „si ea in causa, quod nostra interest
 „(interest autem maxime) illud non
 „ne definitum vellemus intra laudes
 „applausus, quibus iudicium vestrum
 „excepere, quotquot providere velimus
 „suam constare Regno Ecclesiæque
 „tranquillitatem; eorum quippe hominum
 „num, pacem sese facile offerentium
 „vel invidiose metuentium, vel impro-
 „vide avertentium, consilia tam sapienter
 „ter elisistis, continuistis, ut in spe
 „veluti certam adducamur, quas com-
 „pescendis contentionibus curas adhibet

„potentissimus atque sapientissimus Re- Sæc. XVIII.
 „gni Moderator, ad finem optatum A. C. 1716.
 „propediem adducendas esse. „

„Liceat igitur nobis coram amplif-
 „simo senatu exponere, quanta cum ani-
 „mi exultatione, quam aperta obser-
 „vationis erga vos significatione istud
 „exceperimus edictum, ubi primum
 „apud nos frequentibus in Comitibus, a
 „Syndico nostro prolatum est, quas-
 „que inde deberi a nobis gratiarum
 „actiones unanimi consensione palam
 „professi sumus, eas vobis scripto re-
 „ferre quas possumus amplissimas. Id
 „sane officii debiti, quod confidimus
 „nobis honorificum, vobis acceptissi-
 „mum, fore expetunt, tum perillustris
 „Ordinis vestri suorumque in Rempu-
 „blicam meritorum magnitudo ac fa-
 „ma, quæ jam a pluribus sæculis ad
 „omnes dimanavit; tam in defensan-
 „dis imperii Ecclesiæque Gallicanæ ju-
 „ribus invictissima fides illa, quam no-
 „strum Collegium imitabatur, cum de
 „retinendis saluberrimis sanctionis prag-
 „maticæ legibus, iisdem consiliis & pari
 „fortitudine utrobique certatum est;
 „tum denique celebratus ubique favor,
 „quo eximium & illustrem virum Do-
 „minum de *Gausfridii* Advocatum Ca-
 „tholicum præclara quæque de nobis
 „eloquentem, prosecuti estis. „

Hist. Eccles. Tom. LXIX.

P

„Qui

Sæc. XVIII.

A. C. 1716.

„Qui exinde redundat in nos co-
 „mulatissimus honos, addet robur no-
 „vum, novos spiritus, quibus vehe-
 „mentius in dies excitati, Majorum
 „nostrorum Doctrinam circa fidei dog-
 „mata, dignitatem Regni, thronique
 „Regis, Ecclesiæ Gallicanæ libertatem
 „inconcussam servare pro virili satage-
 „mus, nostris alumniis instilabimus
 „ad posteros sicut paternum hæredita-
 „tem, & peculium singulare alia
 „omni pretiosius transmittemus. Ceterum
 „rum & pro comperto habemus, con-
 „fidimusque, non aliis artibus magis
 „posse nos de Ecclesia, de patria, de
 „omnibus ordinibus, Majorum nostrorum
 „more optime mereri; vestris
 „nobis indies conciliare & fovere bene-
 „volentiam, ac probare vestro semper
 „tui memoris animi nostri proni erga
 „vos officia, qui omnibus votis ac sin-
 „gulis, illustrissimi & integerrimi judi-
 „ces, nos plurimum obnoxios, ac
 „dictissimos, & devotissimos profitemur.

§. XLVI.

Summi Pontificis anxietas.

Lafiteau
Hist. Const.
t. 2. l. 3.
pag. 158.

In turbido hoc rerum statu tristibus
 oppido curis vexabatur Pontifex
 quippe ab Episcopis, quorum auctori-
 tas a quibusdam Universitatum Doctri-
 nis